

Handwritten text on a palm leaf, likely a manuscript or record. The text is written in a cursive script and appears to be a list or a series of entries. The characters are dark brown or black, and the leaf is aged and yellowed. The text is oriented vertically along the length of the leaf.

I-170

Handwritten scribbles

Biblioteca Complutense
 76 *Ildefonsina.*
 E. 86.C. 2. N. 2.


Paris — 1494

Maurice es Bat — 1485.

108 no 11



Biblioteca



CMercurij Trismegisti Liber de Pote
state et Sapientia Dei: Per Basilium
Ficinum traductus: ad Cosmū Medicē.

Tu quicūq; es / qui hec legis: siue Brāmaticus:
siue Orator: seu Philosophus: aut Theologus: sci
to. Mercurius Trismegistus sum: quem singulari
mea doctrinar theologica: Egyptii prius & Barba
ri: mox Christiani antiqui theologi: ingenti stupore
attoniti / admirati sunt. Quare si me emes / & leges:
hoc tibi erit commodi: q̄ paruo ere comparatus:
summa te legentem voluptate / & vtilitate afficiam.
Cum mea doctrina cuiūq; aut mediocriter erudi
to: aut doctissimo placeat. Parce oro: si verū dice
re non pudet / nec piget. Lege modo me: & fatebere
non mentitum: sed si semel leges: rursus releges: et
ceteris consules: ut me emant / & legāt. Bene Vale

*Libreria del Collegio maior de
Alcala; 30. f.*

91.

*Orto redone
1614*

248
241

CArgumentum **M**arsilij **S**icini **F**lorentini: in li-
brum **M**ercurij **T**rismegisti: ad **C**osmum **M**edicę
Patrię **P**atrem.

e **T**ēpore: quo **M**oses natus est: floruit **A**t-
las astrologus: **P**romethę **P**hysici frater: ac
maternus auus maioris mercurij: cuius nepos fu-
it **M**ercurius **T**rismegistus. **H**oc autē de illo scri-
bit **A**ugustinus: quāq̃ **L**icero atq; **L**actātius mer-
curios quinq; per ordinē fuisse volunt: quintūq; fu-
isse illū qui ab egyptiis theuth: a grecis autē **T**ris-
megistus appellatus est. **H**unc asserūt occidisse **A**r-
gum: egyptiis presuisse: eisq; leges ac litteras tra-
didisse. **L**itterarū vero characteres in aialū arborū
q; figuris instituisse. **H**ic in tanta hominū venerati-
one fuit: ut in deoz numerū relatus sit. **T**empla illi
us numinis cōstructa q̃ plurima. **N**omē eius ppriū
ob reuerentiā quā dā p̃nūciare: vulgo ac temere nō
licebat. **P**rimus anni mensis apud egyptios noīe
eius cognominat: oppidū ab eo pditur: qd etiā nūc
grece nominat **H**ermopolys. id est **M**ercurij ciui-
tas. **T**rismegistum vero ter maximū nūcuparūt. quo-
niā **z** philosophus maximus: **z** sacerdos maximus:
et rex maximus extitit. **M**os enī erat egyptiis (ut
Plato scribit) ex philosophoz numero sacerdotes:
ex sacerdotū cetu regem eligere. **I**lle igitur quē ad-
modum acumine atq; doctrina/philosophis oībus
antecefferat: sic sacerdos inde constitutus/sāctimo-
niā vite: diuinorūq; cultu: vniuersis sacerdotibz pre-
stitit. ac demū adeptus regiā dignitatē: administra-
tione legum/rebusq; gestis superiorū regum gloriā
obscurauit: ut merito ter maximus fuerit nuncupa-

tus. Hic inter philosophos primus: a **P**hysicis ac mathematicis ad diuinorum contemplationem se contulit. Primus de maiestate dei. demonum ordine. animarum mutationibus sapientissime disputauit. Primus igitur theologie appellatus est auctor: eum sequutus **O**rpheus secundas antiquae theologie partes obtinuit: **O**rphici sacris initiatus est **A**glaphemus. **A**glaphemo successit in theologia **P**ythagoras: quem philolaus sectatus est diuini **P**latonis nostri preceptor. Itaque praece theologie vndique sibi consona secta ex theologis sex miro quodam ordine conflata est: exordia sumens a **M**ercurio: a diuino **P**latone penitus absoluta. Scripsit autem **M**ercurius libros ad diuinarum rerum cognitionem pertinentes plurimos: in quibus pro deo immortalis quae archana mysteria quae stupenda panduntur oracula. nec ut philosophus tantum: sed ut propheta sepe numero loquitur/ canitque futura. Hic ruinam praevidit praesae religionis. hic ortum nouae fidei. hic aduentum Christi. hic futurum iudicium/ resurrectionem seculi/ beatorum gloriam/ supplicia peccatorum. Quo factum est ut **A**urelius **A**ugustinus dubitauerit: peritiam siderum/ an reuelatione demonum/ multa protulerit. **L**actantius autem illum inter sybillas/ ac prophetas connumerare non dubitat. **E** multis denique **M**ercurij libris duo sunt diuini praecipue. vnus de voluntate diuina: alter de potestate et sapientia dei. Ille **A**sclepius: hic **P**rimander inscribitur. **I**llum **A**puleius platonice latinum fecit: alter usque ad haec tempora restitit apud grecos. **A**t nup ex **M**acedonia in **I**talia aduentus: diligentia **L**eonardi pistoniensis: docti/ pbique monachi ad nos puenit. **E**go autem cum tuis exhortationi

bus puocatus: e greca lingua in latinā conuertere
statui sem: equū fore putauī Cosme felix: ut noī tuo
opusculū dedicarem. Nam cuius ipse adiutus opi
bus: librisq; a fatim refertus: studiū Grecis in cu
bui: eidem studiū grecoꝝ me decet offerre primiti
as. Neq; fas erit: opus tam sapientis philosophi:
tam pij sacerdotis: tam potētis regis dicare cuiq;
nisi ipse (cui dicatur) pietate/sapientia/potentia: re
liquis oibus antecelleret. Est autem (ut ad scripta
Mercurij descēdamus) huius libri titulus **Primā**
der: quoniam ex quattuor personis: que i dialogo di
sputant prime **Primādro** partes attribuūt. Edidit
vero libꝛū egyptiis litteris: idēq; grece lingue pe
ritus: grecis inde transferendo cōicauit egyptioꝝ
mysteria. **Propositū** huius operis est: de **Potesta**
te et Sapientia dei differere. Cūq; sint hoꝝ opera
tiōes gemine: **Quar** prima/in ipsa dei natura per
manet: **Secunda** porrigit ad externa. Et illa quidē
mundū primū/eternūq; ꝑcipit: hec vero mundū se
cundū/ꝑalēq; parit: **Bevtrif**q; opationibus/deq;
mundo vtroq; grauiſſima disputat. **Quid** dei pote
stas. quid sapientia. quo ordine intrinsecus cōcipi
ant. quo ꝑgressu exterius pariāt. **Preterea** que pro
ducta sunt: quō seinuicē habeāt. quo cōueniāt. quo
ue discrepēt. quo deniq; pacto suū respiciant aucto
rem. **Ordo** autē voluminis est: ut in libellos quattu
ordecim distinguamus: utq; prime dialogi partes/
Primandro dentur: **Secūdas** teneat **Trismegistus**
Tertias **Esculapius**: **Quartū** locū obtineat **Lati**
us. Intendit ergo **Mercurius** in diuinis **Escula**
pium ac Latū erudire. **Diuina** docere neq; qui nō
didicit. **At** humano ingenio que supra naturā sunt

inuenire nō possumus. Diuino itaqz opus est lumi-
ne: ut solis luce solem ipsum intueamur. Lumen ve-
ro diuine mentis nūq̄ infundit anime: nisi ipsa (ceu
luna ad solem) ad dei mentem penitus conuertatur
Non cōuertit ad mentē anima: nisi cum ipsa quoqz
fit mens. Absens vero non prius fit: q̄ deceptiones
sensuū et fantasie nebulas deposuerit. Hac de cau-
sa Mercurius modo sensus ⁊ fantasie caligines exu-
it: in aditū mentis se reuocans: Ador. Pimāder id
est mens diuina in hunc influit. Unde ordinem re-
rum omniū: et in deo existentū: et ex deo manantiū
contemplant. Bemū que diuino sunt numine reuela-
ta: ceteris hoibus explicat. Is igitur est libri titu-
lus: id ppositum illius et ordo. Tu vero Cosme fe-
lix lege feliciter: ac diu uiue: ut ⁊ diu patria uiuat.

CMercurij Trismegisti liber de Potestate et Sa-
piētia Beie Greco in latinum traductus a Mar-
lio Ficino Florentino: ad Cosmum Medicem Pa-
trie patrem: Pimander incipit.

CUm de rerum natura cogitarem: ac mentis
aciem ad superna erigerem: sopitis iam cor-
poris sensibus: quē admodum accidere so-
let iis: qui ob saturitatem/ vel defatigatio-
nem somno grauati sunt: subito mihi visus sum cer-
nere quendā immensa magnitudine corporis: qui
me nomine vocans: in hunc modū clamaret. Quid
est o Mercuri: quod et audire: et intueri desideras?
Quid est quod discere atq; intelligere cupis? Tum
ego quisnam es inquā? Sum inquit ille Pimander
mens diuine potentie: ac tu vide quid velis: ipse ve-
ro tibi vbiq; adero. Cupio inquā rerum naturam di-
scere: deumq; cognoscere. Ad hec ille. Tua me mē-
te complectere: et ego te in cunctis que optaris eru-
diam. Cum hec dixisset: mutauit formā: et vniuersa
subito reuelauit. Cernebam enim imensum quoddā
spectaculum: omnia videlicet in lumen cōuersa: sua
ue nimis atq; iucundum: quod intuentē me mirifi-
ce oblectabat. Paulopost vmbra quedam horrēda:
obliqua reuolutione subter labebat: in humidamq;
naturam migrabat ineffabili tum vultu exagitata
Inde fumus quidam magnus in sonitum erumpe-
bat: ex sonitu vox egrediebatur: quam ego luminis
vocem existimabam: ex hac luminis voce verbū fa-
ctum prodiit. Verum hoc nature humide adstans:
eam fouebat. Ex humide autem nature visceribus:
sincerus ac leuis ignis protinus euolans alta petit

Aer quoq; leuis spiritu parens: mediam regionem
inter ignem ⁊ aquam sortiebatur. Terra veror aqua
sic inuicem cōmixte iacebant: ut terre facies aquis
obruta nusq; pateret. Hec duo deinde cōmota sunt
a spiritali verbo: quod eis superferebatur: aures eo-
rum circumsonans. Tunc *Primander* ait. Aduertis
quid sibi hec visio velit? Cognoscam inquā. Ait er-
go *Primander*. Lumen illud ego sum mens deustu-
us: antiquior q̄ natura humida: que ex ymbra efful-
sit. Mens vero germen lucens dei filius. Quid er-
go inquā? Sic inquit. Cogita: quod in te videt ⁊ au-
dit verbum domini. mens autem pater deus. Neq;
enim distant adinuicē: horum vnio vite est. *Trisme*.
Gratias habeo tibi. *Priman*. Verum in primis me-
ditare lumen: atq; cognosce. *Trisme*. Hec vbi dicta
sunt: diu illum orauit: ut eius ideam ad me conuerte-
ret. Quod cum ille fecisset: repēte prospicio mea in
mente lucem viribus innumeris existentem: ornatū
sine termino ignem: vi ingenti circumseptum: et in
ipsa stabilitate dominantem. Hec ipse percepi per
Primandri verbum: qui me stupore attonitū: sic ite-
rum affatus est. Vidisti in mente primam speciē in-
finito imperio preualentem: Eiusmodi quedam mi-
hi *Primander*. At ego illi. Elemēta nature vnde ma-
narunt: *Priman*. Ex voluntate dei: que verbum com-
plexa: pulchrumq; intuita mundum: ad eius exem-
plar: reliqua sui ipsius elementis vitalibusq; semi-
nibus exornauit. Mens autem deus vtriusq; sexus
fecunditate plenissimus vita et luxu cum verbo suo
mentem alteram opificem peperit: qui quidem de-
us ignis atq; spiritus numen: Septem deinceps
fabricauit gubernatores: qui circulis mundū sē sibi

lem complectunt: eorumq; dispositio fatum vocat.
Connexuit inde dei verbū ex elementis deorsū ten-
dentibus: purū nature artificium vnitūq; est opifici
menti. Consubstantialē enim erat. Relictaq; sūt ele-
menta nature deorsū cadētia sine ratione: ut sint tā-
q̄ sola materies. Mens quidē opifex vna cum ver-
bo circulos continēs: ac celeri rapacitate p̄uertēs:
suam ad se machinā flexit: eamq; volui a principio
ad finem absq; fine precepit. Incipit enī illic semp
vbi diffinit. Hoz p̄fecto cunctoz circuitus. Quem
admodū ipsa mens voluit: ex elemētis inferioribus
aīalia conflauit rationis expertia. neq; enī prebuit
rationē: aery volatilia ptulit: aqua vero natantia. Bi-
stincta quoq; inter se sunt aqua et terra: eum in mo-
dum qui menti placuerat. Terra postmodū animan-
tia (que intus habuerat) peperit: quadrupedia vide-
licet serpentia/fera/agrestia/pariter atq; domestica
at pater oīum intellectus vita et fulgor existēs: ho-
minē sibi similē p̄creauit: atq; ei tanq̄ filio suo con-
gratulatus est. pulcher enim erat: patrisq; sui fere-
bat imaginē. Deus enim reuera pp̄ria forma nimi-
rum delectatus: opera eius oīa vsui concessit huma-
no. Homo autem cum p̄siderasset: in tēpore suo re-
rum oīum p̄creationem ipse quoq; fabricare voluit
Unde a contemplatione patris: ad speram genera-
tionis delapsus est. Cūq; oīum in se potestātē ha-
beret: opificia septē gubernatoz animaduertit. Hi
autē humane mentis meditatione gaudētes: singu-
li eoz pp̄rij ordinis participē hoīem reddidē. Qui
postq̄ didicit hoz essentiā: pp̄riāq; naturā conspe-
xit: penetrare atq; rescindere iam exoptabat ambi-
tum circuloz: vimq; gubernatoris presidentis igni

cōprehendere. Qui uie arbitriū et potestātē oīum ha-
buerat: in animātia mundi mortaliar rationē caren-
tia per harmoniā emerfit: atqz exiliūt penetrās ac re-
soluens potentiā circuloꝝ. Ostenditqz naturā: que
deorsum labitur: uelut pulchrā dei formā. qui cū na-
turam contueret mira pulchritudine peditam esse:
actionesqz omnes septē gubernatoꝝ. atqz insup dei
ipsius effigiem possidere: illi amore ingenti subrisit
utpote que humane pulchritudinis speciē in aqua
specularef: eiusdēqz admirationē quādā in terra cō-
spiceret. ille p̄terea cōsecutus similē sibi formā in se
ipso existentē: uelut in aqua amauit eam: secūqz cō-
gredi ꝑcupiuit. Effectus euestigio sequutus est vo-
luntatē: formāqz carentē ratione ꝑgenuit. Natura
illud in qđ toto ferebatur amore complexa: illi peni-
tus sese iplicuit atqz cōmiscuit. Quādoquidem so-
lus homo ex vniuersis terrenis animantibus dupli-
cis nature censet: mortalis quidē ꝑpter corpus: im-
mortalis autē ꝑpter hoīem ipsum substantialē. Im-
mortalis enī est: cūctoꝝqz arbitriū obtinet: cetera
vero uiuentia que mortalia sunt: fato subiecta pati-
untur. Nō igitur harmonia superior obstitit: in har-
moniā uero lapsus periclitatus: seruus effectus est
Hicvtriusqz sexus fecunditate munitus: ab eo qui
arborum et riuoꝝ fons est: uigilqz factus: ab eo
qui est uigilans: continetur atqz eius dominationi
subiicitur. Trisme. Post hec: mens inquā mee rati-
onis: ipse es. Tum ꝑdimander. Id est inquit myste-
rium: quod in hancꝝqz diem: genus humanū latu-
it. Natura quippe homini sese immiscens: miraculū
attulit: quod omniū miraculoꝝ uincit admiratio-
nem. Nam cum septem illoꝝ harmonia ipse iam

fuiſſet imbutus ab eo:quem tibi pauloante narraui
patre videlicet atq; ſpiritu:natura ipſa non reſtitit.
Quinimmo ſeptem protinus homines peperit: ſe-
ptem gubernatorum naturas: masculini pariter ac
feminini generis compotes atq; ſublimes. Ad hec
ipſe ſic intuli. **S**imander: ardenti deſiderio nu-
per affectus ſū:audire preterea reliqua cupio. Qua-
re:ne hic me deſeras:obſecro. Ceterū ille mihi. **Pi-**
man. Sile:nondum enim primum ſermonem abſol-
ui. **Trifine.** Ecce iam taceo. **Piman.** Horum ſeptē
(ut dixi) generatio in hunc modum effecta eſt. Fe-
mina enim aer et aqua coeundi cōpoſ ex igne ma-
turitatem:ex ethere ſumpſit ſpiritum:cōglutinavit-
q; natura corpora ad hominis ſpeciem effingendā.
Non autem ex vita et luce:in animam: mortēq; pro-
ceſſit. Vita quippe animam largita eſt: lux deniq;
mortem. Talia profecto vſq; ad finē circuitus prin-
cipiorum ſimul et generum:cuncta mundi ſenſibus
membra manebāt. **T**erum audi iam reliquū (quem
ſum opere cupiebas) ſermonem. **E**xpleto demū cir-
cuitu:omnium (volente deo) ſolutus eſt nodus. **N**ā
cuncta vtriuſq; generis animantia:vna cum homi-
ne diſſoluuntur. Et mascula quidem ex parte:femi-
neaq; ſimiliter conficiebantur. **E**x templo deus ver-
bo ſancto clamauit. **S**ululate:adoleſcite:propaga-
te vniuerſa germina:atq; opera mea. **V**os inſuper:
quibus mentis portio conceſſa eſt: genus recogno-
ſcite veſtrum:veſtramq; naturam immortalē con-
ſiderate. **A**morem corporis:mortis cauſam eſſe ſci-
te:rerum omnium naturam diſcite. **H**iſ dictis pro-
uidētia per fatum harmoniamq; conflauit mixtio-
nes:generationeſq; conſtituit. **V**nde cuncta ſunt ſe

cundum genus proprium propagata. Bemū qui se
ipsum cognouit: bonum (quod est super essentiā) cō
sequutus est. Qui vero corpus amoris errore cōple
ctebatur: is oberrabat in tenebris mortis: mala sen
su percipiens. Trisme. Quod tamen delinquent: ig
norantes inquā ut ob eam causam immortalitate pri
uentur. *Siman.* Uideris o *Mercuri* non satis itel
ligere: que audieris. Trisme. Et si nondum intelli
gere sim professus: antelligo tamen: ac memini. *Si
man.* Gratulor si que dicta sunt: tenes. Trisme. Re
sponde mihi queso *Simander*: cur digni morte sint
ū: qui in morte iacent? *Siman.* Quia precessit pro
prio corpori tristis ymbra: ex hac quidē natura hu
mida. Ex hac vero corpus in mundo sensibili cōsti
tit: ex hoc deniqz mors ipsa scaturit. Nū hoc tenes
Mercuri? Tenes etiam qua de causa: qui seipsū co
gnoscit: transit in deum: ut dei verbū tradidit. Tris
me. Quoniam ex vita et luce constat omniū pater:
ex quo natus est homo. *Simā.* Recte loqris. Lux
vita deus est: et pater: ex quo natus est hō. Si igit
cōprehēderis teipsū ex vita ac luce cōpositū: ad vi
tā rursus lucēqz transcendes. Trisme. Hec ait *Si
māder.* At ego. Adhuc mihi mens dicas oro: quo
nā pacto ad vitā ascendere queā. *Simā.* Deus ipse
mens iussit ut homo mētis particeps: seipsum ai ad
uerteret. Trisme. Nō ergo hoies singuli mētē possi
dēt. *Simā.* Recte dicis *Mercuri.* ad sū enī ego mēs
ūs: qui boni/pii/puri/religiosi/sanctiqz sunt: presē
tiaqz mea fert illis opem: adeoqz ut statim cūcta di
noscant: patremqz pacatum et propitium habeant.
Itaqz gratias agūt bñdicētes pie: et hymnis solē
nibz collaudātes: pcedūt sane corpus morti sue sē

suū illecebras fastidiūt. utpote qui clare diiudicāt
q̄ letifera sint sensuū lenocinia: quin etiā ipsa mens
ianitoris munere fungens incidētes in insidias cor
poris haud quaq̄ permitto finem p̄sequi suum. adi
tus enim per quos turpes blanditie manare solent:
iugiter intercludo: libidinūqz fomites oēs extiguo
Cōtra ab ignaris/iprobis/ignavis/iuidis/iniquis/
homicidis/impis procul admodū habito. pmittēs
eos demonis vltoris arbitrio: qui ignis acumen in
cutiens: sensus affligit: magisqz ad patrandā scele
ra armat hoīem: ut turpioris culpe reus: acriori sup
plicio sit obnoxius. Cumqz sine vlla intermissione:
ad insatiabiles concupiscentias inflammat. Cū eo
pugnat in tenebris: peccatum examinat: et ignis im
petum in eius cruciatum mirum immodū concitat:
atqz adauget. Trisme. Biligenter mihi oīa o mens
quemadmodum postulabā: exposuisti. Alterius au
tem id responde. quid post ascensionem futurum sit
Prīmū quidem Prīmander ait. In corporis mate
rialis resolutione: corpus in alterationē labit. Spe
cies quā ante habuerat: insensibilis delitescit in po
sterum. Horum ociosus habitus demoni concedi
tur atqz dimittitur. Sensus corporei partes anime
facti: suos in fontes refluunt: aliquando in suos ac
tus iterum surrecturi: irascēdi et appetendī vires in
naturam conuertunt ratione carentem. Itaqz resi
duum tum per harmoniam recurrit ad supera. Pri
me dehinc zone crescendi pariter et decrescēdi offi
cium reddit. Secunde machinationē malorum: oci
osumqz dolum. Tertie ociosam cōcupiscentie dece
ptionem. Quarte imperiosam atqz inexplibilem
ambitionem. Quinte prophanā arrogantia: et auda

tie temeritatē. Sexte occasiones diuitiarū prauas
itēqz ociosas. Septime zone mendaciū insitū. Tūc
sane animus harmonie motiones exutus: ad opta-
tam naturā reuertitur vim ppriā habens: vnaqz cū
iis qui illic sunt: patrē laudat. Ipsi quoqz in pote-
statum se numez conferūt: effectiqz potestates: deo
fruentur. Atqz id est summū bonū eoz quibus co-
gnoscendi sozs competit: deum scilicet fieri. Quid
preter hec ad te ptinet: nisi ut cūcta amplexus: dur-
forevelis eoz: qui cura sint tua digni: ut humanum
genus tuo munere diuinā salutē cōsequatur. Talia
quedā effatus **Simander**: in potestātū diuinaz nu-
merū se reduxit. Ego autē benedicens / ac gratias
agens vniuersoz parenti: surrexi iam corroboratus
ab illo: totiusqz edoctus nature ordinē: spectaculū
etiā clarissimū cōtēplatus: hinc ipse cepi hoibus pi-
etatis ⁊ scientie decorē enūciare. **o** populi viri ter-
rigene: qui vosipfos ebrietati: somno: ⁊ ignorantie de-
distis: sobrii viuite. Abstinete a vētris luxu vos qui
irrationali sōno demulcti estis. Illi autē exaudien-
tes: mecū vnanimis puenere: Tunc rursus adieci.
Cur o viri terrigene p̄cipites in mortē ruitis: cū vo-
bis haud quāq̄ desit immortalitatis consequende fa-
cultas: reuocate iam vosmet: qui laboratis inopia/
ignorantie tenebris inuoluti. discedite ab obscuro
lumine: asciscite immortalitatē: corruptiōem fugite.
Eoz vero partim deridētes abcedebant: in mortis
iter p̄cipitati. partim autem ad pedes meos p̄strati
ut eos instruerē p̄cabant. subleuās igitur eos: dux
humani factus sum generis. ostendebā quippe illis
que ratio esset p̄sequende salutis: sapientieqz sermo-
nes illoz auribus infundebā. Quo factū est: ut illi

CMercurij ad Esculapiū Sermo vniuersalis.

Deus atq; ipsa diuinitas dico nunc nō quod
genitum videlicet: quia ingenitū. Si ergo di-
uinū sit: essentia est. sin deus etiam super esse-
tiam. Intelligibile autē id hoc pacto. intelligibilis
enim deus primus non sibi: sed nobis existit. Intel-
ligibile quippe intelligenti per sensum subincidit.
Deus itaq; minime sibi intelligibilis. Non enī ali-
ud quiddam existens: preter id quod intelligit in-
telligitur a seipso. est tamen differens quiddā a no-
bis: accirco a nobis intelligitur. Quod si intelligibi-
lis logos: non deus: Sin ut deus haud sane ut lo-
gos: verbum tanquā discretus dicatur. Omne autē
quod mouetur: non in moto: sed in quodam stabili
mouetur. Ipsum quoq; quod mouet etiam perma-
net. impossibile enim est cum eo simul agitari. **E**scu-
Quonam igitur pacto **T**rismegiste: ea que in mun-
do sunt: mutantur vna cum iis que mouent: **M**ā spe-
ras erraticas ab applane spera moueri dicebas.
Trisine. **I**ste non motus o esculapi: sed resistētia est.
Non enī eodē sed modo contrario gradiunt. **O**ppo-
sitione vero reuerberationē motionis stabilē continet.
Repcussio enī stationis: agitatio est. **I**deoq; errati-
ce spere p̄trario: ac applane subalterne iūicē discus-
rendo: obuiatione cōtraria circa oppositionē huius-
modi: ab ea que perstat agitant. Quod quidē aliter
habere se nequit. **N**am arctos ipsas (quas nosti) nec
exoriri vnq; nec mergi: circa idē p̄petuo recurrētes:
nō moueri censes: an p̄sistere potius? **E**scu. **M**oue-
ri o trismegiste. **T**risine. Quonā motu esculapi. **E**s-
cu. **B**otidē circa idē sēpiterne currēte. **T**risine. **A**t
Nō circulatio illa idēz circa idē motus statidē p̄tē

tus. Ipsum nanqz circa idem phibet/ qd sup ipsum
est. Impeditū autē id qd super istum est: circa idem
instat. Atqz ita pstraria agitatio firma est: ab ipa op
positione ppetuo stabilita. **Exempla tibi ante ocu**
los ponā in terris viuentiū: veluti dum homo quis
natat (currente nimirū aqua) manū simulz pedum
repcussio stare hoiem efficit. ne cū aqua pariter col
labatur: aut mergatur in eam. Escu. Perpicuum o
trismegiste exemplū in mediū attulisti Trisme. Qd
cūqz ergo mouet in statu: a statu mouetur. Motus
itaqz aialis ois (qd ex materia pstat) nequaqz fit ab
uis que sunt extra mundū. ceterū ab internis ad ex
terna: seu ab aia/ siue a spiritu/ siue ab aīo quodā in
corporali. corpus enī corpus aiātū minime mouet:
si neqz totū simul corpus: z si inaiātū existat. Escu.
Qua ratiōe id asseris o trismegiste: Trisme. Ligna
et lapides: z cetera oia quecūqz aiām habēt: nō mo
uent a corporibus o esculapi. Quod enim intra cor
pus: mouēs ipsum inaiātū: nō vtiqz corpus illd est
quo mouent vtraqz. Et corpus eius qd fert: eiusqz
qd fertur. Non illud quoqz qd dictū est: aiātum est
ob eam potissimū ratiōe qd mouet. Nōne ergo per
spicis aiām tunc onerari maxime: quando sola duo
corpa sustinet. Quinetiā manifestū est quicqd mo
uetur: in aliquo z ab aliquo stante moueri. Escu. In
illo vtiqz mutari oportet: que mutant o trismegiste.
Trisme. Recte dicis o esculapi. Nihil est in rerū oz
dine vacuū. Solum vero qd nō est qd priuat existē
tia: vacuū nuncupandū. Nihil enim reperiri potest
quod cum existat vacuū sit. Escu. Nōne reperiūtur
quedā vacua trismegiste: veluti doliū vacuū: vacu
us puteus: z similia quoqz qz plurima Trisme. Ideu

¶ procul a veritate vagaris o esculapi. que ampla & maxime oium plena sunt : ea tu vacua putas. *Escu.* Quò id o trismegiste. *Trisme.* Aer pfecto corpus è id corpus reliqua penetrat: discurrensq; replet oia. Corpus eni huiusmodi est ex corporalibus non cõpositum. Quo fit: ut quecũq; tu vacua nũcupas: plena sint aeris. Itaq; p̄caua potius ista q̄ vacua noiri debêt. Nam & existunt: ac aeris: spiritusq; sũt plena. *Escu.* Inuicta atq; indubia hec est ratio trismegiste. Aer corpus est. id corpus in reliqua p̄manat : atq; influens cõplet oia. Locũ in quo omne mouet quid esse dicemus? *Trisme.* Incorporeũ o esculapi. *Escu.* Incorporeũ vero quid est? *Trisme.* Abens ac ratio sese cõplectēs: libera ab oĩ corpis mole. ab errore aliena / ipassibilis / intãgibilis / ipsa sibi assistēs: purgās atq; seruās oia. Cuius radij sunt bonũ / veritas / principale lumē: p̄ma q; aiarũ forma. *Escu.* Deus quid est? *Trisme.* Qd nullũ ex iis est: hoz ta men oium ut sint causa: p̄sens quidē cunctis: p̄sens etiã vnicuiq;: neq; quicq; p̄mittit nō esse. Dia ex iis que sũt p̄creant. De nihilo autē nihil puenit. Nam que minime sunt: naturã nullã habent: qua fieri valeant: contra. ea que sunt: naturã non habēt: per quã aliquĩ nō existant. *Escu.* Quid igitur ais deũ esse ali quãdo? *Trisme.* Deus pfecto mens non est. at vero ut sis mens: causa est. nec spiritus: sed causa: qua spiritus extat. nec lumen : sed causa qua lumen existit. Unde deũ colere oportet duobus iis cognomētis que soli cõpetũt illi. Ceteroz vero nulli penitus cõgruũt. Et ei ex iis: qui p̄ter ipsũ appellãt dij: seu demones: siue hoies: nullus tã bonus eē potest: q̄ deus vnicus. is eni ipsũ bonũ est: nec aliud quicq; p̄

ter bonum. Reliqua oia ab ipsa boni natura secreta sunt. Corpus quidēz aia locū habent nullū: quo bonum capiāt. Tam ampla enī est bonitas: quā existētia rerū oīm: tum corporaliū: tum etiā incorporaliū: sensibiliūqz: et intelligibiliū: id bonū est: id est deus. Caue itaqz ne quādo dixeris aliud quicqz bonum: pphanus enī hic foret error. Neqz etiā dixeris deū aliud quiddā: pter solū bonū: In eandē q̄ppe impietate incideres. Sermonē igit ab oibus bonū p̄nunciat. Quid tamē sit: ab oibus nō itelligit: iccirco deus nō cognoscit ab oibus. Clerū ppter ignorantia: tum deos: tum et nōnullos hoies bonos nominant. Nunqz tamē esse boni possūt: nec etiā fieri. Reliqui igit dii cūcti imortales honorati noie dei. Deus autē bonū nō secundū honorationē: sed ipsa sui natura. Una enī dei natura est: ipsū scilicet bonū. Vnum quidē est in vtrisqz noibus: vnde cūcta genera pfluunt. Bonus enī porrigit vniuersa: nec accipit q̄c̄qz. Deus exhibet oia: capit nihil. Igitur deus bonū: ac bonū deus. Altera dei appellatio pater est: ob eam causā. q̄a oia gignit. Patris enī officiū est generare. Qua ppter p̄stans: id in vita cēsetur: studium atqz ipsū apud sapiētes: p̄creatio liberoꝝ. Extrema vera oium calamitas et impietas accidit illi qui absqz filiis evita decedit. Qua de causa: demonibz dat penas post obitū. Suppliciū deniqz huiuscemodi est: ut sterilis anima in corpus quoddam per iudicium migret: Cui nec maris nec femine natura insit. Qd̄ quidem a sole eleuatum est: atqz connexum. Igitur o Esculapi cum hoie qui nullos genuit filios: nullum habeto cōmerciū. Infelicitatis tamē eius miserere: cum noueris que hūc multa post interitū ma

neat. Tot igitur tibi ⁊ talia dicta sunt o esculapi: ex quibus ꝑcognitio quedã oium nature colligitur.

Mercurij Sermo Sacer.

S Loria oium deus: diuinũ: diuina natura: principiuũniuersoꝝ: deus/mens/natura/actus/necessitas/finis: ⁊ renouatio. Erat enĩ vmbra infinita in abyssõ: aqua insuper et spiritus tenuis intellectu alis: per diuinam potentiam in chaos inerant. Floruit autem splendor sanctus: qui sub harena et humida natura elementa deduxit. Bũq; omnes seminalem naturam deligebant: Cũq; indistincta fuissent: leuia postmodum in excelsam regionem prouolarunt. grauia sub harena humida residerũt. Bĩstinctis libratĩsq; rebus: que igneo spiritu uehebantur: emicuit celum septem in circulos. Bĩ in astroꝝ ideis: cum signis eoꝝ ꝑspiciebãt. Bĩnumerate sunt stelle secũdũ eos: qui inhabitãt illas deos. ambitus aꝑlior cursu suo: aereo circulo: ꝑspirãte diuino spiritu uectus. Quisq; deoꝝ ex iterna uirtute ascriptũ sibi opus expleuit. Flata sũt ergo uiuẽtia: quadrupedia/reptilia/aquatica simul atq; volãtia. Satio itẽ ois ꝑ seia pululãs: gramẽ/herba/atq; germina floꝝ semẽtẽ qd; q; regeneratiõis itrisecus cõprehẽdebãt. Generationẽ hoim ad diuinoꝝ operũ cognitiõem: testimoniũq; nature: ad imperandũ oibus que celo teguntur: ad bonoꝝ discretionem: ad incrementũ generis: n umeriq; propaginem. Omnisq; anima uelata carnis umbraculo: ad celestium deoꝝ discursum suspiciendum: ad opera dei: ⁊ nature ꝑgressus: ad bonoꝝ signa: ad potestatis diuine cognitiõem. portio quedam tributa est ad bonoꝝ maloꝝq;

iudiciū ac bonoz variū artificii inueniendū. incipit
tamē in illis viuere: sapientiāqz nācisci: ad portione
ptinue cursus deoz circūeuntū. resolui preterea in
id: in quo ampla extabunt monumēta: admonitiōes
qz artificioz sup terrā electis innouatiōe tēporum:
herbe/ generationesqz carnis animate (tabefactis se
mentibus fructuū/ opificisqz nature et artis) reiuue
nescēt. Beni qz vesci necessitate: et renouatione deo
rum: cursuqz circuli numero se nature diuinū. ac ipā
scilicet oīs pspiratio mundi: natura denuo florescē
te. etenim in ipsa diuinitate natura etiam consistit.

CMercurij ad Tatum Crater siue Bonas

Aiuersū mundū verbo non manibus fabrica
tus est opifex. Ipse vero sic cogita illum pre
sentē semp agentē oia: deū vnicū volūtate sua
cuncta pstituentē. Id enī eius corpus est: nō tangi
bile: nō visibile: nō dimensū: nō distans neqz alterius
cuiusqz simile. Nam nec ignis nec aqua nec aer nec
et spiritus. verū ab eo hec pendēt oia. bonū vero ita
est: ut sibi soli id cōpetat. Terrā quoqz ornatu quo
dā diuini operis exornare voluit. Binisit itaqz ho
minē mortalis animātis: mortale animal. et mūdus
quidē refertus aialibus viuētis mūdi p itellectū at
qz rationē. homo enī effectus est diuini opis cōtem
plator. qđ pfecto dū admiraret: auctore eius agno
uit. Sermonē qđē o Tati singulis hoibus deus im
pertit: mentē vero nequaqz. nō qđ iuiderit: qbus ne
vtiqz inuidet. Liuoꝝ qppe ab eo non puenit. sed illa
que habitat cū animis hominū mēte carētibz. Tat.
Cur o pater nō oibus deus mētē coicauit: Tris me.
Quoniā voluit eā o fili: in medio tāqz certamē: pre
miūqz aiarū pponere Tat Ubinā hāc locauit: Tris

me. Cum craterē patulū hac iplesset: p̄conē misit: iu-
bens talia quedā animis hoīm nūciare. **A**ergat se
ipsā in hanc paterā: quecūq; potest: que videlz cre-
dit craterē animā ad eum (qui demiserat) redditurū
Queue finē noscit: cuius gratia nata fuerit. **Q**uicū
q; igitur p̄conē exaudierūt: sese miserūt in mentem:
ii cognitionis participes effecti sunt: mentēq; suspi-
cientes in hoīes p̄fectos euasere. **A**t qui p̄conū ne-
glexerūt: ii sermonis quidē pticipes: mētis autē ex-
pertes: relictī sūt ignorātes: ⁊ cuius gratia: ⁊ a quo
geniti fuerint. **H**oz p̄terea sensus: irrationalis ani-
mātis sensuū similes: itaq; ⁊ cupidine impliciti: ea
que sunt digna p̄spectu: nequaq; admirant. **N**am li-
bidinibus corporis mancipati: hoz causa natū ho-
minē arbitrant. **Q**uicūq; vero dei natura fulti sūt:
ii **O**lati secundū operū cōparationē: p̄ mortalibus
imortales habent. intelligētia sua cuncta complexi
que in terra sunt: ⁊ que in mari: ⁊ si quid est p̄ter ea
supra celū. **A**tq; a deo seipsos erigunt: ut ipsū quo-
q; bonū itueant. **Q**d sane cū p̄spiciūt: eā (qua hic ve-
scimur) vitā: miserā quandā arbitrant. **D**espicien-
tes utiq; tum etiā corporea oīa ad vnum solū ferun-
tur. **H**ic **O**lati scientiā meritis est diuinorū: si cōtē-
platio est intelligentia dei: diuino existente cratere.
Pater. **E**quidē o pater huius crateris latice abluī cu-
pio. **T**risme. **N**isi o fili tuū corpus oderis: te ipsum
amare nō poteris. **Q**uā primū vero nō te: sed deū ip-
sum dilexeris: mentem protinus consequeris. hanc
deniq; nactus: scientiā euestigio nancisceris. **P**ater.
Quonam pacto asseris hec o pater. **T**risme. **I**mpo-
sibile est o fili: vtriusq; simul intendere: mortalib; vi-
delicet: atq; diuinis. nam cum duo tantum in ordi-
b. iij.

ne rerum inueniant: corporeū et incorporeū: et illud
quidē mortale: hoc diuinū dicatur: electione vnius
amittimus alterū: quotiensq; vnius cura remittitur
alterius actus intendit. Potioris itaq; optio: eligē
ti decora nō modo hoīem qui elegit: deum reddidit
verū pietatē erga deū ceteris quoq; demōstrat. Be
terioris autē electio: hoīem quidē ipsū pdit: aduer
sus autē deū nihil pter id vnū delinquit: scilzq; quē
admodū pompe per media transeūt. ipse quidē nul
lius actionis cōpotes: ceteros autē ipediētes: haud
secus isti pōparū instar vagant: atq; oberrant. ppter
corporis voluptates. Cum hec igit ita se habeant o
Latī: diuina officia pcedere: humana sequi debent.
Beus pfecto extra culpā maloz a nobis: causa ve
nit. nam mala bonis antepōnimus. Cernis o fili qđ
corpora celestia trāscēdere nos opus est: qđq; cho
ris demonū abesse: ambitūq; astroz: eozūq; pgres
sus superare: ut ad vnū solūq; deū tendamus. Insu
perabile enī bonū est: sine termino infinitū: quo ad
se nūq; incipiēs: quo ad humanā cognitionē: princi
piū habens. Eiusmodi tamen cognitio nō eius ini
tium est: sed nobis ipsius cogniti principū exhibet
Principiū itaq; cōplectamur. Hoc enim cognito:
vniuersa celerrime discurremus. Arduū autē est cō
suetā ac p̄sentia relinquentē: ad superiora se: potio
raq; puertere. Illa enim que oculis cernimus: nimi
um nos delectant. latentia diffidentiam pariūt. Pa
tentia autē sane mala sunt: bonū occultū iis qui ma
nifestis incumbūt. Nec enim forma eius vlla: nec fi
gura. hac de causa sui tantū simile: ceteris hoz vero
dissimile. Etenī corpori incorporeū apparere nō po
test: huiusmodi est similis ad dissimile differētia: dis

similisq; ad id quod simile est posteritas. **Monas:**
id est vnitas omnium principium radix atq; origo :
absq; vero principio nihil. **Initium** autem est non
principij sed alterius: monas ergo principium: om-
nemq; numerum continet a nullo contenta: omnēq;
gignit numerum nullo numero genita. **Quicq̄d** vti-
q; genitum imperfectum/ diuiduum/ crescens: atq;
decrescēs. **E** vero quod perfectum: horum nihil ac-
cidit. **I**d sane quod augetur: virtute monadis au-
getur. **E**uanescit autem imbecillitate propria: cum
vltius monadem capere nequeat. **H**ec tibi o **Ta-**
ti pro viribus: imago dei subscripta sint: quam si di-
ligenter consideraueris: oculisq; internis prenoue-
ris: crede mihi fili ascensum ad excelsa comperies.
Quinetiam imago ipsa te perducet: habet enī vim
certam visio eis: qui intuendi desiderio flagrāt ap-
prehendit eoq; trahit modo: quo lapis qui magnes
dictus est ferrum.

Mercurij ad **T**atium filium suū. **Q**uod deus la-
tens simul ac patens est.

h **U**nc preterea sermonem apud te transigam o
Tati: ne precipuum nomen tibi desit: neue ig-
nores id: quod plurimis occultum videtur: esse per-
spicuum. **N**am si nusq; pateat: nihil vtiq; erit. **Q**uod
cunq; se offert aspectui: genitum. quod vero latet: sē-
piternum. **N**e q; enim opus est ut appareat: quando
quidem esse nunq; desinit. **A**n te oculos quidem id:
reliqua ponit: ipsum vero secretum manet: utpote
quod vita fruitur sempiterna. **E**t enim fantasia solū:
circa que genita sunt: versat. in qua p̄ter generatio-
nē nihil existit. **A**t vnicum id ingentum: incōprehē-

sibile fantasie. Cum vero per ipsū cuncta clarescant
per oīa rursus atq; in oībus fulget. Hisq; presertim
apparet: quibus ipse notitiā cōdicare voluit. Tu igit
o fili mi **T**ati in primis piis ꝑcibus obsecra domi-
num: patrē vnicū: vnum: ⁊ a quo vnus. ut sis illius
misericordia dignus. Sic tandē deum tantū ꝑcipe
re poteris: si vel vnus dūtaxat illius radius intelli-
gentie tue: benigne refulserit. Sola siquidē intellec-
tio latens: latentia ꝑspicit. Ita q; si mētis oculis in-
spexeris o **T**ati: ille tibi (crede mihi) patebit. **D**eus
fane totius expers inuidie: per singulas mundi par-
ticulas vbiq; splendet: atq; a deo se notum ꝑstat: ut
nō intelligere modo: sed manibus etiā ipsis (ut ita
dixerim) liceat atrectare. Nam vndiq; nostris ocu-
lis eius obuersat: seq; obūcitur inculcat imago. **Q**uō
si infimū te laudes: quō aut te ipsum: aut eum inue-
nies. **B**eniq; cum deum videre volueris: suspice sy-
derum ordinē reliquorū. **Q**uis age ꝑpetuū horū ser-
uat ordinē. **O**rdo quidē oīs numeri: loci limitibus
terminat. **S**ol deus deorū celestiu ꝑstātissimus. **S**o-
li celites reliqui veluti principi regiꝑ parent. **S**ol
tantus: terra simul amplior atq; mari: minores tñ su-
pra se stellas innumeras ꝑuerti patit. **Q**uē timet iis:
quē veref. **O** fili: diuersorū syderū sunt motus. **Q**uis
mensurā singulis motionis assignat. **T**at. **A**rcurū
circa idem se ꝑpetuo vertens: totamq; trahēs mun-
di machinā. **T**risine. **Q**uis hoc vtitur instrumento:
Quis mare suis finibus circumscribit. **Q**uis terre
pondus sistit: ac librat in medio. **E**st certe aliquis
o **T**ati: horū auctor: ac dñs. **E**tenī locum vel nume-
rum: vel mensurā seruare absq; auctoris virtute im-
possibile est. **O**rdo fieri a deformitate nequit. **E**get

autē deformitas domino: qui ordinē p̄beat. Utinā
tibi dareſ o fili facultas: ut alarū adminiculo in sub
limē aeris plagā volares: mediāq; inter celū ac ter
ram regionē sortitus: cōspiceres terre quidē solidi
tate: maris diffusionē: fluxum fluminū: aeris ampli
tudinē: ignis actā celeritatē. **O** felicissimū fili spec
taculum. o beatissimā visionē. Siquidē vno luminū
motu seriē mundi totius cōprehēderes: immobilēq;
factorē p̄citurū: latentē quoq; p̄spicuum cernerēs. qđ
si per ea etiam que terra sustinent fragilia: et aque
p̄funditate p̄dunt deſi artificē inuestigare volueris
age fili: circūspice humani corporis opificium. Lu
ius admonitione p̄disce: quis tam pulchre imāgis
p̄ditor. Quis oculorū pictor. quis nares auresq; tor
navit. quis labia distendit oris. quis nervos tetē
dit atq; ligavit: quis irrigavit venas. quis ossa con
gessit solida. quis carnem pellicula tenui circumte
xit. quis digitos articulosq; discrevit. quis funda
menta pedū extendit. quis p̄foravit poros: atq; me
atus aperuit. quis splenē coegit atq; cōpressit. quis
pyramidē impressit cordi figuram. quis iecoris por
ro textit fibras. quis pulmonū sculpsit fistulas. quis
aluo capacē āplitudinē tradidit. q̄s honorāda cor
poris mēbra in p̄patulo figuravit. q̄s obscena in ob
scuro proſus abdidit: eaq; aspectu cernentiū volu
it secreta iacere. **U**ide quot dine artis opera in vna
materia demonstrant. Singulaq; pulchra: recteq;
dimensa: necnō p̄p̄riis inuicem officiis differentia.
Quisnam singula finxit. qualis mater. qualis pater
nōne hec solus ipse inuisibilis deus cūcta. p̄p̄ria volū
tate: molitus est. **E**t cum statuamz imaginem absq;
fabro et pictore fieri nullus asserere audeat: miram

mundi huius constitutionem sine conditore consti-
tuisse putabimus? **O** cecum homunculum: o nimis
impium: o profundis obrutum ignorantie tenebris
Caue caue inquam o fili mi **Tati**: ne vnq̄ artificiu
priues artifice. **Quinimo** cōgruo deū noīe preinuo-
cato: patrēq̄ esse ppriū eius extimato. qđ si me qđ-
dam audacius pferre coegeris: huius essentiā esse
dicam: cōcipere ac facere singula: quēadmodū sine
factore fieri quicq̄ nequit. **Ita** deum existere sēper
nisi semper agat omnia: impossibile est. in celo vide-
licet: aere: terra: mari: in toto mūdo: in qualibet pti-
cula mundi: tum in eo quod est: tum in eo quod non
extat. **Nihil** est in omni natura: quod ille ipse nō sit.
est ille siquidē: que sunt. est ea etiā: que minime sunt
Que quidem sunt: deduxit in lucem. que non sunt:
occulit in seipso. **Hic** deus nomie melior. hic occul-
tus: hic rursus oīum patentissimus. hic menti cōspi-
cuis. hic presēs oculis. hic incorporeus. hic (ut ita
dixerim) multincorporeus: **Nam** nihil in corporibus
est: quod ipse non sit. **Omnia** enim ipse solus existit
Nomina insup habet oīa: quoniā vnus est pater **No-**
men quoq̄ nullum habet: quoniā pater est omnium
Quid ergo te laudabit: supra te: an infra te positū.
quo vertam oculos ut te laudem: supra ne: an infra.
intus an extra. **Nam** modus: an locus circa te: num
aliud quiddā ex oībus. **In** te autē oīa: abs te oīnia:
p̄bes oīa. nihil deniq̄ suscipis: oīa quidem habes:
quod autem non habes: id ipsum nihil. **Quando** ve-
ro laudabo te pater: **Tempus** et momentum tuū ca-
pere non valemus. **Qua** potissimū in re laudes can-
tabo tuas: **Nam** in his que creaueris: an ī illis que
non creaueris potius. **Nam** in his forte: que in lu =

cem e tenebris eruiſti: an in iis: que latent adhuc ar-
chano ſinu recõdita. Per quid tandem hymnos tu-
os dicabo: nunquid in laudatione tali ego ipſe mei
iuris exiſtam: an potius alter efficiar. Ipſe profec-
to es: quicquid ego ſum. Ipſe es: quicquid agã. Ip-
ſe es: quicquid deniqz dicam. Ipſe enim es oia: neqz
aliud p̄ter te quicq̄. Quid ſane non es ipſe. Ipſe oẽ
quodcunqz genitum. Es quidem intelligẽs pater:
fabricans deus. efficiens bonũ: bona faciẽs omnia.
Materie nãqz puriſſimus aer: aeris anima: aie m̄s
mentis deniqz deus.

¶ Quod in ſolo deo bonũ eſt: alibi vero nequaquã
ad *Esculapium*.

b **¶** *Unum* o *Esculapi* in nullo ponitur: niſi in vno
deo: immo ipſum bonum deus ipſe ſẽper. Quã
obrem eſſentiam omnis motionis: atqz cognitionis
eſſe deum oportet. Hac eſſentia orbatum nihil: hec
circa ſe ſtabilem actum: nullius egenum: infinitũ ſu-
perabundanter porrigentem poſſidet. *Unum* id vni-
uerſorum principium: bonum porrigens: et effũdẽs
bonum. quotiens nomino bonum id: quod oia bona
et quod bonum ſemper intellige: hoc vñico deo ad-
eſt: neqz enim cuiuſq̄ indigus eſt: ut a deptionem il-
lius appetendo: malus fiat. neqz iactura cuiuſq̄ in-
eum vñqz: ut poſt damnum dolore afficiatur. Ma-
ior enim portione mali. nec eſt illo validius aliud a
quo expugnet: in hũc iniuria incidere nulla poteſt:
qua irritatus laceſſitusue excãdeſcat. Nihil eius iu-
gũ ſubterfugit: quo p̄temptus indignet atqz irascaſ
nec eſt ſapiẽtius eo q̄c̄q̄: qđ illi emulationẽ icutiat.

Itaqz cum hec illi nō accidāt: nihil eius nature p̄-
ter ipsum bonum restitit. Quēadmodū vero nihil eo-
rum: que mala sunt: in hac insunt essentia: ita in nul-
lo alio bonum inuenit. In singulis enī reliqua insūt
singula: tum in paruis: tum in magnis: tum etiā in
his que secundū vnum: et in ipso quoqz aiali maxio
oium / atqz potētissimo: qđ vtiqz passionibus genita
replet. Nam generatio passio quedā est. vbi aut pas-
sio: nullo modo bonū. vbi bonū nō passio ponit vlla.
vbi dies nullo mō nox. vbi nox: neqz etiā dies. Qua
ppter in generatione bonū esse nō potest. restat ita-
qz in eo qđ ingenitum. Est autē materie cōcessa est
oium p̄cipitio: sic quoqz boni p̄cipitatione: mun-
dus bonus. bonum dico: inquātum ipse etiā oīa effi-
cit: qua quidē ex parte bonus est mundus. in reliqs
oibus nō bonus. Passibilis enī ac mobilis est: et oī-
um p̄terea causa passionū. In hoīe insup cōparatio
ne malī: bonum. Id q̄ppe qđ nō nimis malū: quoqz
minus malū: bonū in hoībus appellamus. Quo fit:
ut bonū nostrū nihil aliud sit: q̄ mali portio minima
Unde illud etiā sequit ut bonū huiusmodi: a malo
separatū esse nō possit. Inquinat enī hoc bonū: admi-
xtione maloz. Infectū vero: vltterius bonū nō p̄ma-
net. Sin minime p̄manet: malū efficit. In solo igit
deo bonū ipsū existit. Quare solū boni nomē o Escu-
lapi: natura boni nequaqz. Neqz enim id capere po-
test materiale corpus confectum vndiqz: et oppres-
sum prauitate / laboribus / doloribus / cupiditati-
bus / iracundia / deceptionibus / stultisqz opiniōni-
bus: ac nugis. Beterrimum tamen omnium id cen-
seo Esculapi: quod vnumquodqz eorum: que dixē-
runt: summum creditur esse bonū. Fugiendum in pri-

mis malū est: vētris luxus maloz oīum fomes. hinc
error: hinc boni priuatio. *Et* quidē ingētes deo gra-
tias habeo: qui de natura boni cogitātī mihi: sentē-
tiā hanc certā infudit: qđ in mūdo bonū esse nō pos-
oium atqz aia dei: quecūqz vult efficere. hec ille. Tu
igitur ista p̄sidera: et ad hunc quē inferā sermonē de
fato: mente: arrectisqz auribus adsta. Si diligēter li
tigiosas captiūculas euitaueris: inuenies absqz du
bio: qđ mens aia dei dominat oibus: tum etiam legi
ac ceteris vniuersis neqz aliquid illoz: que ad fatū
spectant: impossibile menti. Ideoqz humanus ani
mus fato superiori nō tam q̄ fato subiecta sunt neg
ligit. atqz ista sunt oracula boni demonis optia. Tat
Uere diuine atqz etiā cōmode tractasti hec o pater
At illud insup mibi declares obsecro. Mentē i bru
tis operari nature modo dixisti: cum illoz affectibz
cooperantem. Affectus autē irrationalium: ut arbi
troz: passiones sunt: mens ergo passio quedam est.
Sic enim passionibus conformat. Trifine. Euge fi
li bone: q̄ generose rogas: equū est ut tibi responde
am. Dia que insunt in corporibus incorporea: pati
bilia sunt: imo passiones pprie sunt. Dis motus cor
poreus: incorporea quoqz mouet a mente. Motus
autem passio. Atraqz ergo: tum qđ mouet: tum etiā
quod mouet: patiunt. Hoc quidē dominās: illud ve
ro subiectum. Cum vero separat a corpore: a passioi
bus liberat. immo nihil vsqz impatibile fili: cuncta
enim patibilia. Sed passio et patibile i hoc maxime

differunt: quod vnum agit: alterum patitur. Corpora vero secundum seipsa etiam agunt: aut enim imobilia sunt aut mouentur. Utrum vero sit horum: passio est. Incorporalia autem operantur semper: proptereaque patibilia sunt. Neque te appellationes moueant. Operatio enim ac passio idem: vocabulo tamen magis honorandovti nil ob est. Lat. Perspicuam de iis rationem reddidisti o pater. Trisme. Illud propterea considera o fili: quod duo hec soli ex omnibus animalibus homini: deus ipse largitus est sermonem scilicet atque mentem. Que quidem eiusdem ac immortalitas premij esse censentur. Iis quisquis ad id quod deceritur: nihil ab immortalibus discrepat. Quinetiam corporis solutus compedibus: ab utrisque ducetur in chorum beatorum simul atque deorum. Lat. Letera preter hominem animantia: nonne sermone vtuntur. Trisme. Non fili: sed voce. permultum interest vocem inter atque sermonem. sermo cunctis communis hominibus: vox autem propria cuiusque hominis: propria etiam cuiusque generis animalium. Lat. O pater diuersa genera hominum diuersis vtuntur sermonibus. Trisme. Diuersis o fili: vnus etiam sermo qui per interpretationem huc atque illuc translatus: vnum denique verbum existere reperit. Verbum idem apud egyptios: persasque: et grecos: sed videris mi fili verbi virtutem: et amplitudinem ignorare. Beatus deus demon bonus: animam esse in corpore: mentem in aia: in mente verbum pronunciauit: deum autem horum patrem asseruit. Verbum itaque: imago ac mens dei est. est corpus quidem idee: idea vero aia est: purissimaque materie portio aer: aeris aia aie mens

mentis deniqz deus. **D**eus vero circa oia: simul atqz per oia. mens circa aiam. aia circa aerem. aer circa materiam. **N**ecessitas autem: puidenciaqz: et natura organa mundi sunt: ordinisqz materie. **E**t enim intelligibiliū vnūquodqz essentia: essentia vero illorum: ipsum idem. **E**t eoz que mundo insunt corporum: vnūquodqz est multitudo. **C**orpora composita ipsum idem habentia: atqz inuicē mutuo trāseuntia: immortalitatē ipsius eiusdem perpetuo seruant. **I**n ceteris corporibus que composita sunt: corporis cuiusqz numerus est. absqz numero pstitutiōem vel cōpositionē vel dissolutionē fieri: impossibile est vnitates quippe gignunt: atqz augent numerū: rursumqz solute: in se numerū retrahunt. **M**ateria quidem vna: totusqz hic mūdus: magnus est deus: imago maioris: vnitus illi: patris ordinē voluntatemqz seruans: vite totius integra plenitudo neqz est i eo quicqz per oēm eternitatē: restitutionēqz paternam seu ad totum: siue ad partem spectans: quod non vita fruatur: neqz est vite expers in mūdo quicqz: nec fuit ante: nec erit. **V**iuentē enim voluit pater eius: quādiu est: esse mundum. vnde deum hunc esse necesse est. **Q**uomodo possunt o filii in deo: in totius imagine: in plenitudine vite esse quedam vita carentia. **P**riuatō vite corruptio est. corruptio vero pnticis. **Q**uoniam igitur pacto pars vlla eius qd incorruptibile est corrumpi: vel dei quicqz destrui potest. **L**at. **N**onne o pater aialia que in mundo sunt mundi partes intereunt. **T**risine. **R**ectius loquere filii. **E**rras enī in noīe. nō mori in mundo quicqz: sed cōposita corpora dissoluunt. **D**issolutio mors non est sed mixtionis resolutio quedā. **S**oluit autem vniō:

nō ut ea que sunt intereāt : sed ut vetera iuuenescāt
Tat. Cum sit quedā opatio vite: nōne motio quedā
hec est: atq; idcirco: quid in mūdo imobile. Trisime.
Nihil o fili. Tat. Nūquid imobilis tibi terra videt:
Trisime. Minime: sed multis moribus agitata: sola
tamen hec quodāmodo stabilis. An nō ridiculum
esset ipsā nutrice oīum: p̄cipiente: p̄turiētēq; singu-
la motu carere: impossibile enī aliqd absq; motu pare-
re: nec minus ridiculū: q̄tū id corpus sterile nuncu-
pare. Nihil enī aliud ipsius imobilis appellatio: q̄
sterile quiddā significat. Totū hoc o fili generatim
p̄sidera: qđ est in mundo: aut crescendo: aut decre-
scendo mouet. Qđ vero mouet: id p̄terea uiuit: singu-
la tamen uiuētia: haud eadē esse necesse est. Simul
quippe mūdus vniuersus existēs: totus quidē imo-
bilis: partes autē eius agitabiles vndiq;: nichil ta-
mē corruptioni subiectū: sed appellationes qđā fal-
se hoies turbāt. Neq; enī generatio vite creatio est.
sed latentis explicatio vite. neq; mutatio mors: sed
occultatio potius. Cum hec igif ita se habeant: im-
mortalia cuncta. Materia quidē vite spūs est. mēs
aīe. Ex mente uiuēs omne p̄fluit. Omne igif uiuēs
per mentē: p̄manet imortale. Maxie vero oīum im-
mortalis est homo: qui deū capit: qui diuine confor-
matur essentie huic enī soli ex oī uiuentiū genere: de-
us ipse p̄gredit. nocte quidē per sōnia: die crebrius
per portenta: per que oīa sibi futura p̄nūciat. p̄ aues
p̄ intestina. per sp̄m. perq; sybillā: p̄pter que vere di-
citur homo scire que sunt: que fuerūt: que mor v̄tu-
ra trahant. Illud autē ip̄rimis aīaduertas fili mi ve-
lim qđ vnūquodq; genus uiuentiū reliquor: p̄pria
mundi p̄uinciā habitat. humida quidē aquam. terre

stria terram: aerem volatilia. homo autem his oibus
vtitur: terra/aqua/aereqz/et igni. Celum suspicit: sen-
suqz illud attingit. deus vero circa omnia simul at-
qz per omnia. Actus enim est omnium: atqz potestas
nam arduum quiddam est o fili: deũ percipere. Hunc
quotiens intueri volueris: aduerte mundi ordinem
atqz ordinis eius ornatum. Aduerte necessitatẽ eo-
rum que sensu percipiunt: prudentiamqz cunctoꝝ:
que facta sint ante: et que quotidie fiũt. Aduerte ple-
nam vite materiam: talem ac tantum deum cum om-
nibus bonis: et pulchris diis demonibus atqz ho-
minibus incedentem. Lat. At iste o pater operatio-
nes quedam sunt. Trisme. Ah fili unde hec: nisi ab
ipso deo. p̄ficiunt: num ignorans quod quẽadmo-
dum mundi partes sunt celum: aqua/terra/et aer: eo-
dem modo dei membra: vita/immortalitas/necessi-
tas/prudentia/natura/anima/mens: Horqz omni-
um participatio: ipsum bonum. neqz sit aliud vsquã
nec est factũ: vbi deus ipse non adsit. Lat. In mate-
ria ergo pater. Trisme. Materia fili mi seorsum est
a deo: ut locus ille p̄prius assignetur. Quid aliud il-
lam existimas: q̄z rudem indigestãqz congeriẽ hanc
existere posse: ne secus credas nisi formetur. Quod
si formatur: ab aliquo certe format. Operatiões eni
formandi: partes dei esse diximus. A quo ergo vi-
ta donantur animantia singula: a quo fiunt imorta-
lia: que immortalitatis munere p̄fruuntur: a quo mu-
tantur que mutabilia sũt: siue materiam seu corpus
nũcupaueris: dei actus esse memento. Actũqz ma-
terie materie rationẽ: actũ corporeũ corporũ ratio-
nem: actum essentie. essentie rationem. idqz oẽ: neqz
quicq̄ est in omni: quod non sit ipse deus. Itaqz nec

magnitudo: neq; locus: neq; qualitas: nec figura:
neq; etiam tempus circa deum. Omne enī est. Om-
ne autem circa omnia: atq; per omnia. Hoc verbuz
o fili cole atq; adora. Cultus autem dei vnus ē: nō
esse malum.

CMercurij ad **L**atium filium suum: de generatio-
ne et impositione silentij. **L**atius

i **A** cōmunibus pater sermonibus per enigma-
ta quedam ac sine declaratione vllius adiun-
ctionis: de deitate tractasti: asserēs ante regenerati-
onem saluum fieri neminē. **E**quidem dum ascēde-
bas in montem: supplex tibi tunc astiti obsecrās: ut
mibi regenerationis rationē aliquādo reserares: id
enim solum restabat tunc mibi discendum. **T**ūc de-
mum spopondisti te reuelaturū: cum a mūdo forem
alienatus. **E**cce iam paratus sū pater. a mente mea
mundi deceptiones excussi. **T**u ergo serua pmissa.
Regenerationis modum vel palam: vel clanculum
ut lubet ediscere. **I**gnoro o **T**rismegiste: qua ex ma-
teria quoq; semine natus fuerit homo. **T**risme. **O** fi-
li contemplatiua in silentio sapientia: semē eius ve-
rum bonum. **L**at. **Q**uoniam serente pater: hoc enim
ignoro. **T**risme. **V**olūtate dei mi fili. **L**at. **E**t quā-
ti est qui non est genitus: expers enim intelligibilis
essentie. quod si aliter se habeat: qui gignitur: deus
erit dei filius. **T**risme. **O**mne in oī: p̄stās ex oībus
potestatibus. **L**at. **E**nigmata fingis o pater: neq;
patris more cū filio loqueris. **T**risme. **H**oc genus
o fili nō eruditur. verbum quotiēs vult: sub insinua-
tione quadam in dei memoriā reducitur. **L**at. **I**m-
possibilia inferis: ac nimium violenta. qua ppter his

cupio p̄tradidere. *Trisime.* Admodū discrepas a paterno genere tati. *Tat.* Ne inuideas mihi pater: legitimus enī sum filius. Age precor: regenerationis modū me doce. *Trisime.* Quid dicam fili: quod dicā p̄ter hoc non habeo quicq̄: qđ verum cerno spectaculum: ex dei benignitate mihi iam oblatum: vnde in corpus sum imortale translatus: sūqz nō ille qui prius fuerā: ac mens nuper effectus. hoc mysteriū non docetur. *U*ide hoc elemento formato per quod videre licet: per qđ neglecta est a me prima cōposita species: non qđ sum coloratus tactumqz ac terminum habeam. ab ūs enim ipresentiarū alienus sum. *Tat.* In furorem me/ insanūqz mentis oestrū o pater nimiū concitasti: impresentiarum me ipsū haud video. *Trisime.* Utinam fili carissime tu quoqz te ipsum non dormiēs transcurrisses: instar eorum qui sōno insomniis occupantur. *Tat.* Bice age: quis est regenerationis auctor. *Trisime.* Dei filius homo: vnius voluntate dei. *Tat.* Nunc mutum o pater ac stupidum reddidisti: ipse quoqz a pristino statu mētis alienatus: eandem aspicio imarum rerum caractere magnitudinem: in eoqz mendacium. *M*ortalis enī species per dies singulos transmutatur: hec ad tempus (utpote falsa) in augmentum: detrimentūqz vertitur. quid ergo verum trisimegiste: *Trisime.* Quod non perturbatū. non determinatū: non coloratū: nō figuratum: non concisum: nudum/ perspicuū: a seipso cōprehensibile: intransmutabile bonum: ac penitus incorporeū. *Tat.* Insanio iam revera mi pater. cūqz sapientē abste sperassē me fieri eiuscemodī cognitione: sensus obtusi sunt. *Trisime.* Sic accidit fili: Nam sursum latum ut ignis: ⁊ deorsum latum ut

terra: & humidū velut aqua: nec non spirans ut aer:
quomodo ipsum sensu percipies: nō durum: nō molle
non densum: nō penetrabile: solum potentia: atq; ac
tu considerandū. qui vero potest: oret: ut generatiōem
que in deo est intelligat. **Lat.** Impotens ego sum pa
ter. **Trisme.** Absit hoc o fili. recurre in teipsum: & cōse
queris velis: ac fiet. **Surge** sensus corporis. solue te
ab irrationalibus materie ipsius vltoribus **Lat.** Nū
vltiores intra me sunt. **Trisme.** Nō pauci o fili: sed
horribiles ac multi. **Lat.** Ignoro pater **Trisme.** En
fili: hec vna est vltrix: ignorantia: scōda tristitia: tertia
incōstantia: quarta cupiditas: quinta iniustitia: sex
ta luxuries: deceptio septima: octaua inuidia: fraus
nona: decima ira: vndecima temeritas: duodecima
vero malitia: he quidē sunt numero duodecim. sub
iis plures alie p̄tinent. **Que** per corporis carcerem
inclusum: tristem hoīem sensibus pati cogunt. **Ab**
sunt autem iste ab eo: qui est dei fretus clemētia **At**
q; ita p̄stat regenerationis modus: ac sermo. **Bein**
ceps fileto mi fili: deūq; silendo laudato: eoq; pac
to diuina clementia nūq; a nobis aberit. **Gaude** de
inceps mi fili: nam potestate diuina in p̄tēplationē
es veritatis eleuatus. **Bescēdit** i nos cognitio dei:
hac accedente: repulsa est ignoratio. **Bescendit** in
nos cognitio gaudij: hac p̄sente tristitia penitus au
fugit: in eosq; se vertit: qui ad eam parati sunt capi
endam. **Potestatem** voco ad gaudium pducentem
constantia: cuiusuis p̄culdubio suauissima est. **Com**
plectamur igitur eam libentissime fili: ea enī cū pri
mum aderit molliciem oēm pro/sus expellet. **Quar**
tam vero nunc continentia voco: vim vniuersarū vi
ctricē cupiditatū. **Gradus** hic o fili: iustitie funda

mentum existit. Aduerte autem quo pacto a cunctis operibus iniustitiā expulit. Iusti quidem effecti sumus: absente iniustitia filii. Sextā voco potentiā in nos descendētē: cōmunitiōē scilz aduersus excessum. hac deniqz discedēte: inuoco veritatē. aufugit mox deceptio: veritas adest. Uide quō absolutū est bonum: veritate p̄sente. Lior enī discessit a nobis. veritatis enī innatū est bonū cum vita simulz lumine. nec vltra ire vindex accessit. Verum vltrices oēs repentino quodā ipetu reiecte sunt. Intellexisti filii regenerationis ipsius modū: denario p̄sente numero: intellectualis generatio cōposita est: que duodenariū numerū reūcit. Idqz ex ipsa generatione speculati sumus. Quicunqz igitur p̄pter benignitatem generationis: que secundū deū est: sensū amittit corporeum. seipsū cognoscit ex diuinis cōpositum: factusqz indeclinus: diuina potentia tota mente letat. **Tat.** **P**ater p̄cipio nō oculoꝝ intuitu: sed actu mentis: qui per vires intimas exercet. in celo sū: in terra in aqua: in aere: in aīalibus sum: in arboribus: in corpore: ante corpus: atqz post corpus. At id preterea mihi dicas velim: quō vltrices tenebrarum numero duodecim: a decē potestatibus repellunt. Quis modus **Trismegiste**: **Trisme**. **T**abernaculū istud o filii est: ex zodiaco circulo p̄stitutū: qui ex duodenario numero p̄stat illo. Numeriqz vndecim sūt: vnus omniformisqz secundū ideas nature: ad hoīs puagationem: atqz circuitū. Itaqz disiugate quodāmodo sūt ad inuicē vltrices ille: in agendo tamē quodāmodo coniugate. ut ecce inseparabile est ab ira temeritas. **A** merito ergo secundū rectā rationē eatenus interuallum: quatenus a potestatibus decē: id est a dena

rio numero repellunt. Denarius o fili anime genitor est. Vita veroz lux vbi vnite sunt: vbi vnitatis ip filis numeri sunt: ex spiritu nati: itaqz vnitas secundum rationē denariū cōplectit: rursusqz denarius vnitatem. *Lat.* Eya pater vniuersum video: meqz ipsum in mente aspicio. *Trisme.* Ad hec est regeneratio o fili nō adesse vltorius corpori: quātitate dimēso. Ob hanc pfecto rationē: regenerationis mysterium ptuli: ne sumus calumniatores totius: aduersus multos: quos deus ipse vult. *Lat.* Respōde ad hec o pater. corpus istud ex potentia pstitutū: num aliquando dissoluetur? *Trisme.* Caue ne id vltorius au deas. Impossibilia profers: ac penitus erras mentisqz oculis ista loquendo: impietate nimia pphana ris. Sensibile nature corpus ab essentiali generatione procul admodum discrepat. vnum quidem dissolubile: indissolubile alterum. Illud mortale: hoc immortale. An vero ignoras: quodr deus: et vnus filius natus es. *Lat.* O q̄ vellem o pater: anologiam illam per hymnū quē dixisti audisse te a potestatibus dum ipse in octonario essem. *Trisme.* Octonariū o fili cecinit ipse Pimander. Unde te decet vmbra culum soluere. purus enī ille pimander: mens diuine potentie. non plura mihi quā scripta sint aperuit: existimans me reliqua scrutaturum: hortatus me est ad decora officia: ex quo omnes que in me vires sunt: concinunt. *Lat.* O pater audire hec et intelligere velim. *Trisme.* Quiesce fili quiesce inquā audies iā harmonicā cantilenā regenerationis: hymnū quē nunqz sic facile ppalarē: nisi tibi pducturū confiderem. Non docetur hoc: sed occultitur in silentio

Uide me fili bone: obserua singula diligenter. Sic enim te quoqz decet orantē sub diuo: occidēte sole ad austrū: oriente vero ad eurum faciem vertē. Uni- uersa mundi natura hunc audiat hymnū. Audi terra. audite turbines imbriū. o silue silete: cantaturus sum creatorem oīum: totumqz: z vnum. Audite celi. quiescite venti: circulus immortalis dei orationē istā exaudiat: Cano iam creatorem oīum: terrarū distri- butorem: celū equilibrantē: iubentē ex oceano aquā vndiqz fluere dulcem ad hominū alimentū: iubentē ignem fulgere supne ad actiones hominū atqz deo- rum: Agamus illi oēs vna voce gratias: trananti ce- los: naturamqz creanti. Hic mentis est oculus: hic potentiārū bñdictionē libenter excipiet. O mee vi- res laudate ipsum vnū z omne. Cōsonate voluptati mee oēs animi vires. Cognitio sancta: que tuo lumi- ne fulget: per te lumen intelligibile cantās gaudio mentis exulto. Oēs potentie mecum vna concinite Constantia canta mecū. Iustitia mea per me iustū canat. Cōmunio mea totum ipsum laudet. per me ca- nat veritas veritatē. Bonū nostrum: bonū deniqz ca- nat. O vita. o lux: a vobis i nos bñdictio currit Gra- tias habeo tibi pater: actus oīum potestātū. Grati- as ago tibi deus oīum potestas actū. Verbum tu- um per me te laudet: per me mundus verboz recipit sacrificiū hoc. mee vires clamāt: totum cantāt: volū- tatem tuam pficiunt. Tua voluntas abs te in totum sacrificium verboz ab oibus excipe. O vita: totū qd est in me salua. O lux totum illumina: spiritus deus Verbū tuū me regit spiritifer opifex. Tu solus es deus. Homo tuus hec clamat: per ignem: perqz ae- rem: per aquā: perqz terrā: per spiritū: perqz creatā-

Ab eternitate benedictionē inueni:qua desiderio i
voluntate tua quiescā. *Lat.* Floui pater hunc hym-
num abs te ex voluntatis affectu cantatū: vnde mū-
dum attigi in eum. *Trisime.* Intelligibilē dic mūdū
fili. *Lat.* Intelligibilē dico pater. *Ex* tua siquidem
cantilena: illustrata michi mens est: quo fit: ut ipse
quoq; ardeam amore canendi. *Trisime.* O fili mi ta-
ti: ne sine pposito laudes cantato diuinas. *Lat.* *Ex*
mente cantabo mi pater. *Trisime.* Que speculor in-
fūdo tibi: generationis pgenitor tati. *Lat.* *Beo* ver-
boꝝ offero sacrificia. o deus / tu pater / tu dñs / tuq;
mens: accipe sacrificia verboꝝ que requiris a me:
te volente pficiunt oīa. *Trisime.* Offerto fili hostiam
patri deo gratā: orationiq; tue intentus esto. *Lat.*
Gratias habeo tibi pater: q; ista mihi pdicare volu-
eris. *Trisime.* Gaudeo fili: q; te bona q̄ plurima ex
veritate: que sane sunt imortalia opera: id a me dis-
cens silentium virtutis annuncia: nulli cōmunicās
regenerationis mysterium: ne tanq; calumniatores
quidā reputemur. *Etenī* vterq; nostrū ad sufficienti-
am meditatus est: ego quidē discens: tu vero predi-
scens: ex quo te ipsum: patremq; nouisti.

Mercurij ad Esculapiū Epylogus.

q *Cloniā* filius meus *Latius*: te absente: naturā
oīum discere voluit. cunctari vero me noluit ip-
se: utpote iunior ac nup accedens: ad cuiusq; cogni-
tionē: coactus sum plurima dicere: ut facilis illi fo-
ret atq; expeditus intuitus: opere precii esse censui
ut ex multis eligēs potiora summatim nunc tibi dis-
putationē precedentē repetam. *Licet* enim tecum:
utpote rerum nature perito: per mysteria quedā p-
currere. *Que* sensu pcipiunt: facta sunt oīa: fiuntq;
e. j.

quotidie. genita nō a seipsis: s; ab altero fiūt. Absul-
ta sunt genita: sensu patentia singula: differentiaq;
nec omnino similia. quecumq; signunt pcedunt ab
altero. Est ergo quis factor istoz: atq; is igenitus
ut genitis antiquior sit. Genita enim diximus ab
alio fluere. Nihil autē pter ingenitū: genitis esse po-
test antiquius. Factor quippe potentior est et vni-
cus: solusq; re vera sapiens vniuersa: cum nihil om-
nino precedat. Dominat quoq; multitudini: mag-
nitudini: actioni: p̄tinuitati: genitorūq; oīum diffe-
rentie. P̄terea genita visibilia sunt: inuisibilis il-
le. ob id vero facit: ut visibile fiat. sēper igitur facit.
Signū est intelligere / intelligēdo mirari / admiran-
do se beatū vocare: patrē legitimū recognoscentem
Quid enim dulcius parente legitimo? Quis iste?
Quō eum reperiemus? An illi appellationē dei so-
li decens est attribuere: vel factoris vel patris. An
tria pariter cognomenta: deum ergo cognominato
p̄pter potentiā. factorē p̄pter actum. patrē deniq;
p̄pter bonū. Est enī potestas a genitis admodum
differens: actus autē in p̄ductione cunctorū. Quā-
obrem sermonis varietate: vanitateq; dimissa: duo
hec in primis meditari oportet genitorē scz ac ge-
nitum: hoz nihil est mediū: nec quicq; p̄ter hoc ali-
ud. Cum ergo oīa intelligere volueris: hoz recorda-
re duoz: eaq; esse vniuersa memēto. nihilq; tibi erit
ambiguū. nec supernoz: nec infernoz / seu diuinoz:
siue mutabiliū / aut patentiuū: aut eoz que ī tenebris
delitescunt. Duo nēpe cuncta sunt: genitor ac geni-
tum. nec secerni alterū ab altero potest. neq; enī fa-
ctorē absq; facto esse possibile est. vtrūq; illoz idip-
sum existit. Itaq; neutrū disiūgi licet ab altero: quē

admodū neutrū a seipso diuidi. Si enī ipsum faci-
ens: nihil p̄ter ipsū quod facit est aliud: simplex enī
est: ut semp̄ est: ita sēper est agens: idemq; sibi ipsi: et
in existendo pariter: et in agendo. Nihil autē qđ ge-
nitum: a seipso genitum est. nō ergo seorsū factum a
faciente: qui horū vnū subtrahit: perdit et alterum.
Unus quippe natura pp̄ria naturā sēper alterā re-
spicit. Si itaq; duo cōcessa sunt: efficiens et effectū.
vnita quidē sunt inuicē: sic tamē ut vnū p̄cedat/ al-
terum vero sequatur. precedens sane deus efficiēs:
sequens vero id quod est effectum. Quicquid id de-
niq; sit: neq; diffidat quispiā iis que diximus vari-
ctate rerum perterritus: quasi tam diuersorū cōstru-
ctio: vel ardua sit vel idigna/ maiestate diuina. Uni-
ca enim deo gloria: omnium constitutio: atq; id est
velut corpus dei effector. Ab ipso profecto facto-
re nihil malum: nihilq; turpe. Ne siquidem passio-
nes sunt creata sequentes opera: quēadmodum es
rubigo: animata corpora: limus. At neq; faber fer-
rarius induxit rubiginem: neq; animati corporis
genitor: cenam ac sordes. eodemq; modo: nec de-
us etiam malum. Generationis autem perseuera-
tio: malum surrepere cogit: eaq; de causa mutatio-
nē deus rebus instituit: et ceu quādā generationis
ipsius purgationē. Preterea eidē pictori figurare
licet celū/ terrā/ mare/ deos/ hoies/ bruta/ arbores:
ac vita carentia. Beo vero vni: taliū deerit agēdoꝝ
facultas. O demētē: o cecū et totius dīne cognitōis
iexpertē. Nihil est magis o esculapi ridiculū: q̄ qđ
huic accidit. Nā dū se deū venerari fateſ: ex eo qđ
creādi negotio curaq; liberet: deū ipsū proorsus ig-
norat. qđq; deterius ē mortaliū illi passioēs ascri-
bit: inuidiā: supbiā: ignorātiā: ibecillitatē. Nisi enī fa-

ciat oia: aut superbus ē: aut potius ibecillis: quorū
vtrūq; nephariū. Deus enī vnicā ppriāq; naturam
habet: idq; ipsum bonum est. Bonus autē: nec su-
perbus est: nec ipotens. Ipsum vero bonū: deus est
Bonum quippe ipsa vis oīum agendorū. Quodcū
q; genitum a deo genitum: id est a bono: ⁊ ab eo qđ
oia potest. Uide quō ille quidē facit: quō etiam il-
la fiunt. q; si cōprehendere velis: licet magnā ratio-
nē: ppulchrā/atq; simillimā intueri. Aspice precor
agricultorē: semina in terre gremiū diffundentem:
hic triticum/ordeum alibi/alibi vero reliqui gene-
ris semina. Aspice eundē vites/malosq; ⁊ ficus re-
pastinantē/atq; amputantē: eodēq; modo deus ip-
se in celum quidē serit immortalitatem: in terra vero
mutationē: in totum deniq; mundum vitā: atq; mo-
tum. Hec autē haud multa sunt: sed pauca: certoq;
numero determinata. Cuncta enim quatuor sunt. ac
deus ⁊ generatio: quibus oia cōprehendunt.

CMercurij Trismegisti per Basilium Scinum
Florentinum e Greco in latinū traducti finis

C Precedentiū quattuordecim libroꝝ:
sub breuitate comprehensa argumenta.

C Trauit libenter qua valuit diligentia: Faber **Cū de re-**
Stapuleñ. ex viciato exēplari hoc opus red **rū natura**
dere castigatum: tum amore **M**arsilij (quem
tanq̃ patrē veneratur). tum **M**ercurij sapientie ma-
gnitudine p̃motus. **V**ult tamen lectores āmonitos
esse (religionis semp̃ salua pietate) In primo ex qua-
tuordecim libellis **M**ercurium **M**osaica mysteria
tractare. **M**oses enim tenebras vidit sup̃ faciē aby-
ssi: et spiritū dñi ferri sup̃ aquas: hic vero vmbra hor-
rendā in humidā naturam migrantē: quā quidē hu-
midā naturam verbum dñi fouebat. Ille potenti ver-
bo dñi cuncta creata nunciat: hic vero verbum illud
lucens (q̃ oia illuminet) germē mentis/filiū dei esse
asseuerat. et mentē patrē: et verbū mentis filiū natu-
ra non distare: p̃substantiale inquit erat. vidit et ho-
rum esse vnionē. **E**t si plenius desideras et fas est vi-
ris ante verbi carneū velamen tantū diuine cogniti-
onis ascribere: vidit filiū ex patre nascentē: et spiri-
tum ex patre/filioq; miro modo p̃cedentē: cū dixit
Mens autē deus vtriusq; sexus fecūditate plenissi-
mus vita et lux/cum verbo suo mentē alterā opificē
peperit. **V**idit et mentē exuberāti fecunditate sui se
ad externa porrigentē: et ad sui diuini verbi exēplar
formantē vniuersa. et vnicuiq; in aere: in aqua: et in
terra ppriā scđm̃ genus suū naturā disipientē. mox
hoiem ad ipsius similitudinē et imaginē factum: cuius
vsui vniuersa sensibilia mens opifex subiecit: q̃ mox
de intelligibili spera ad corporeoꝝ/ocupiscibiliūq;
sperā plapsus est. hinc quoq; fomitis maloꝝ cōtra-
xit originē. et tādē homo: oium (volēte deo) solutus
est nodus: mortiq; cū ceteris scūs obnoxius. **Quid**

hic aliud est deū verbo sācto clamasse: pululate/ado-
lescite/ ppagate vniuersa germina/atqz opa mea: q̄
id mosaicū: crescite ⁊ multiplicamī ⁊ replete terram
Adx **M**ercurius nos instruit qua pateat aditus
ad mentē: ⁊ quis nos ab ea tandē malus auferat er-
ror: ⁊ quibus mens abunde bonoz largitrix assit: q̄-
busue pariter absit: ⁊ quopacto quē admodū certis
gradibz ab itelleciuali imortaliqz natura labimur:
degeneramusqz ad caduca: ita quoqz certis/ opposi-
tisqz gradibz in priorē purgate mētis statum redite
gramur. **M**oses diuino instituto dux fit hebrei gre-
his: **M**ercurius egyptij: ⁊ nūc sācta institutiōe gre-
gem suū pascit actiuā vitā viuēs: nunc vero hymnis
gratiarūqz actionibus rerū patrē collaudās: in p̄tē
platiōis vitā lumēqz assurgit. hec pimādri sūma est.

Deus at-
qz ipsa di-
uinitas.

S **E**cū dñs differit deū rationali modo soli hoī i-
telligibilē esse: ⁊ ex centro/polo/locor rerū for-
mis: venatur ipsū deū (circa quē in quoz a quo mo-
uent oīa) stabilē/ imobilēqz ⁊ iugiter sibi ipsi idē sem-
per pmanere: ⁊ nihil in orbe vacuū esse posse. verum
ea que inania esse vident: fecūdiore etiam plenitudi-
ne sūmā emulari plenitudinē. **A**dx qd nō sit deus/
q̄ quid sit: afferre facilius esculapio suis respōsioni-
bus insinuat. deū tamē esse absolutū bonū et patrē:
cuius officiū est oīa gignere. qd de interna generati-
one/ ⁊ que in ipsa dei natura manet intellectū: diui-
ne religionis pietatē affert. **Q** nomē boni soli deo
puenire p̄tedit: huic euāgelice veritati p̄sonat: quid
me vocas bonū: nemo bonus nisi solus deus. **E**t qd
de extrema sine liberis decedētū calamitate subiū-
git: velatus sermo est. **N**ō enī id de corporeo: s; aīe
partu p̄cipe: cuius liberos/ filiosqz virtutū partus
putato: ⁊ masculā ad deū/ deiqz dinissimas potesta

tes p̄tēplādas sapiētīā. qđ apte inuit cū inq̄t: suppli-
cium deniq; huiusmodi est: ut sterilis aīa ī corpus
quoddā per iudicium migret: cui nec maris nec fe-
mine natura insit. quasi apte diceret: per quod nūq̄
operē bona: neq; bōi vnq; q̄cōq; sit susceptura. Uos
ergo sumope sterilitatē aīe fugite: ⁊ plē (queuos ali-
quādo beatos effectura sit) gignite: patrisq; sēp gi-
gignētis fecūditatē (qua potestis) hoc pacto vestre
mētis imitami fecūditate. Hec Esculapij sūma

t **E**rtius rursū cōmemorat ex informi materie **Gloria**
sinu: formis ceu s̄ctis splēdoribz illustrato: oīa omnium
ad ortū suo ordine p̄cessisse: ⁊ beatas celoz mentes deus.
opus sibi a sūmo patre commissū explere. Et hoīem
ad geminū officiū natū: ad eternoꝝ videlicet contē-
plationē: ⁊ ad boni maliq; indicū: ⁊ rerū humanaz
cū variis artificioꝝ inuētis: tum prudētia moderati-
onē. cui qđē p̄tēplādi materiā seq; ad dīna attollē-
di: celū/terra/herbe/germina: ⁊ tota mūdi p̄spiratio
⁊ rerū pulcherrimus ordo: abūdantissime suggerit.
est enim natura velut liber vnus diuinitate plenus/
diuinorumq; speculum. Hec sermo sacer.

q **C**lartus nos hortat sapiētīā capessere: que pa- **Uniuersū**
tulus est diuine mentis crater: in quē quecūq; mūdū
aīa se imergit cognitiōis p̄ticeps effecta: mentē su-
spicit. at vero ut ad eā se attollat: ipsā celos trāscen-
dere opus est: ⁊ astroꝝ ambitum/eoꝝq; p̄gressus su-
perare: ⁊ beatoꝝ choros lōge infra reliuāre. tūc ad **maibus/**
vnū/solūq; deū tendit: insupabile ⁊ sine termino ifi-
nitū bonū. qđ cū ituef corpa oīa despicit: ⁊ vitā (qua **fabrica =**
hic vescimur) miserīā reputat: solius icorporei boni **tusest ar-**
desiderio intēta. Nullus tñ in diuino cratere se va- **tifer.**
let imergere: qui suū corpus nō oderit: ⁊ qui non se:
sed deū ipsū dilexerit: ⁊ qui mortalia negligēs: solis

diuinis heserit: solis assit: sola meditet atq; flagret
Aborvnitatis ⁊ numeroꝝ analogia ad vera mona-
de cogitadam/ verosq; nature numeros nos eleuat
Hec Crater.

Huc pre q
terea ser=
monem. **Q**intus docet deū latere pariter ⁊ per singulas
mūdi pticulas splēdere. res oēs (q se nobis ob
iciūt) eius eē imagines: ita ut mirificus/ ppulcher-
q; rerū ordo maifeste declarēt ordinātē: ⁊ res singu-
le certis suis limitib; circūscripte : dñm declarēt ⁊
autoꝝ: cui sol sydez rex princepsq; obseqt atq; pa-
ret: quē timet/ quēq; veref ⁊ sumatim vniuersa mūdi
structura suū declarat artificē. Abor de dina iterna
gnatōe pfidētius iudiciū affert: dei eē essētā ꝑcipē
ac facē oia: ita ut deū existere nisi sēp oia agat ipossi-
bile sit. est enī sic dñus logos oia ut nihil oim: ī quo
corporeū icorporeūq; ens atq; nihil in idem cōspi-
rant atq; coincidūt. deinde Mercurius in diuinaz
laudum cantibus dialogum finit ⁊ terminat.

Bonum s
o Escula
pi. **E**xterius hoc ꝑtēdit in solo deo bonū/ boniq; na-
turā (hoc est ipsā bonitatē) repiri: pariter ⁊ pul-
chri/ potētis/ sapiētisq; naturā : In mūdo autē solū
boni nomē eē. ⁊ erroꝝ cecos hoies arguit. vicia ab-
horzere monet. ⁊ que via nos ad ipsā bonitatē/ ipsā
q; pulchritudinē pducāt edocet: pietas scz cogniti-
oni ꝑiūcta: ad quā ignari mortales a pietatis semi-
ta deuij: ꝑtingere valeant nunq;. Hec sextus.

Quo rui s
tis mor=
tales. **E**ptimus cōquerit ignorātie pestē q oēs terrā
euertit: aīamq; corūpit/ corpis vinclis iclusā:
⁊ ignorātes hortat resipiscē. ⁊ corpus mortale idu-
mētū iubet nos exuere: a quo ꝑcipites in ignoratio-
nē mortēq; raptamur. ⁊ nos in aditū mētis reuoca-
re: que sola eūspicit: qui neq; auribus ꝑcipit: neq;
cernit oculis: neq; sermone ꝑfertur. Hec septimus.

o **O**ctauus edocet i primis celestia corpa iugit vnū **Be aia** z
eūdēq; tenorē seruare: quē primū a suo patre sorti corpe di-
ta sūt. Et mortē iteritūq; primū circa terrena viuētia cendum:
corpa apparē: sed pene mortis nomē atq; corpoz inte quo nam
ritus vanū esse. corpa si qdē ipsa mutāt nō itereūt. verū modo i=
qualitates ipsas ideaz idola simulachra q; (qbus de= mortalis
us ipsā exornare voluerat) imortalis materia pmutat. anima.

Et hō imortale aīal sed dissolubile vniuerse nature vin-
culum atq; nodus: parti corpeus/ptiq; incorpeus mē
tisq; capatior alte: istar mūdi genitus est: ut sēsbili cor-
pore sensibilē mūdū cōprehēderet: z mēte ad optimā
mentē felici ptemplatione assurgeret. **Hec octauus.**

n **O**nus hoies erudit: qui cū itellectiōe vtant oēs: **Heri** **O**
materiales tñ ex demonū spermatibz (quoz pſen **esculapi**
tia: nulla pars mūdi destituta vacat) p̄cipiūt: z pregnā
tes tādē adulteria/stupra/homicidia/parricidia: et oē
flagitioz genus pariūt: atq; effētales/spiritalesq; vi-
ri oē virtutū ornāmētū (semiatore deo) p̄cipiūt: z oē bo-
nū virtutis officiū pariūt. Sūt enī dei seīa pauca: at il-
la qdē magna/pulchra z bona: z vicioz innumerosē mul-
titudini lōge p̄stātiora. q̄ tñ q̄ sectāt nec ipsi vulgo pla-
cēt: neq; vulgus ipsis/isanire demū putāt: risūq; repor-
tāt: q̄ terra sedes iprobitatis sit z puīcia. **Adūsus** tñ
ea lege formatus ē: ut a deo seīa suscipiēs vniuerſa: di-
uinitatis dignū fieret organū: z oīa in miro pulchre or-
dinationis decore pcederēt ad ortum: in quo perseue-
rēt: suumq; tādē nāciscant exitū. qd̄ pfecto fieret: nisi
inimicus veniēs in medio tritici supseminaret zizania

Vos ergo seligite diuina semina spiritalia facti: z ma- **Hester =**
loz semina demonū (q̄ nos materiali affectiōe dormiē **num o es**
tes occupare vigilāt) cauti nūc effugite. Hec nonus **culapi.**
o **E**cimus deū oīa absolute eē p̄stāter asserit: q̄ sin-
gula singulatim p̄ticipatiōe p̄trahūt. attamē deū:

patrē esse / et bonū eo ipso quod ipse oīa est. **A**d hoc de aīe in
 silentio raptu discutit. vbi que mētis oculis cernūt: ne
 quod reuelare fas: neque reuelādi pcessū ē arbitriū. **Q**uā autē
 de aīaliū trāsfōrmatiōe subiūgit: nō verborū fictionē: s; **s**
 fictionis allegoriā sequēdā eē eiusdē mercurij sequēs
 fermo declarat: cū inq̄t. Aliud enī corpus quā humanū
 aīam nō capit humanā: neque fas est ī corpus aīe ratōe
 carētis: aīam rationalē corruere. **L**ex enī dīna gñatio-
 nē tā nephariā phibet. **E**t paulo post subiūgit: talis na-
 ture p̄grua mulcta: nō qualē tu forte filiz alij qdā arbi-
 trāt: quibus videt aīa nra postq̄ est humanā exuta figu-
 rā: in corpa degñare brutoꝝ: hic enī ipius error. **Q**uā enī
 aīam pueri causat seipsā p̄tēplātē: hoc viderit q̄ mentē
 intelligētīāque abditam defendunt. **H**ec et filia Clauis

C Besi = v **A**decimus de mēte: dīno sermone plenus decla-
 ne tā diu rat eternitatē a deo: mū dū ab eternitate: tēpus a
 differere. mūdo: trāsmutatiōe a tpe: a trāsmutatiōe mortē atq;
 vitā p̄dere. insupabili dei potestati nullā potētīā: nec
 dīnā / nec humanā / nec supnoꝝ / nec ifernoꝝ p̄parabilē
 eē: quē vnicū eē cū ratiōibus / tū analogiis: gratissime
 pmōstrat: q̄ cū ociosus eē neq̄ sēp oīa facit. qd̄ de eter-
 na verbi gñatione dictū rcē p̄cipias: ait enī quod opus di-
 uinū adesse necessariū erat: ut essēt ea q̄ fiūt / q̄ fiebāt / et
 q̄ fiēt in postez. id vitā ē: id pulchrū: id bonū: id deniq;
 deus et vitā cūctoꝝ. s; qd̄ hoc nisi qd̄ altius euāgeliste
 tuba cecinit cū inq̄t: In p̄cipio erat verbum et verbum
 erat apud deū: et deus erat verbū. hoc erat in principio
 apud deū: oīa p̄ ipsum fcā sunt: et sine ipso factū ē nihil
 qd̄ factū est: in ipso vitā erat. Cunctoꝝ ergo vitā: a deo
 manat: atq; ipsa deus est. **Q**uo fit ut ea vera mors: ve-
 rusq; is nō sit rex interitus: q̄ vulgo putat: vex ea qua
 viuētū vitā in abditū se reuocās res deserit. **A**dīra p̄-
 secto p̄portione ad eum cōprehēdēdū vitā: qui oēm ef

fugit, pportione: qui cōprehēsus incōprehēsisibilis ma-
net: et qui oibus incognitus: oibus in rebus se prestat
cognoscibilē. **T**os ergo quicumq; pij huc toti nūc ad
este: et mentis sermonibz vestrā mētē inclinate: ut eum
tandem cognoscatis: qui oia ob eam causā fabricatus
est: ut eum per singula cerneretis. **Hec Mens.**

Duodecimus de inferiori mēte (q̄ prime mētis ima-
go aut vestigiū q̄dā ē) psequēs post priē mentis
exactā determinationē: eā singlis aiabz associat. s; in ir-
rationalibz mēs natura ē: i hoibz aut rō: cuius bñficio
q̄cūq; hoim destituūt: ritu feraz flagrāti quodā ipetu
ad cupiditatū expletionē rapiunt. nec finē sue libidini
statuūt vllū: nec suoz maloz iueniūt / passionūq; termi-
nū. q̄ fato / dinoq; decreto patiūt: dātq; sue meritas ig-
norātie penas. **B**oni ptra q̄bz mēs p̄sidet: boni / pulcri-
q; imago: bōa suscipiūt q̄ illi p̄stituerit fatū. **M**inime er-
go fatū effugies: lex siq̄dē dina ē fatū. mala tñ / penasq;
pauitatis assecas fugē potes. **M**ercurius oraclo ple-
nus mltra discutit. sepius oraculū ifūdētē audiuit. duo
dina i hoibz munera cōmēdat / mētē atq; smonē. **O**ra-
cula boni demōis: v̄l si mauiis celestis spūs dinitus af-
flātis apit: de deo: de verbo: de mūdo: de materia: nihil
eē in mūdo vite expers: nihil mortale dicēdū: s; potius
dissolubile q̄d eē sētiēdū: nihil imobile. **E**t soli dissolu-
biliū hoī deū variis modis p̄gredi. et quo pacto ex sēsi-
bilibz ad dū p̄cipiēdū hō assurgē possit. **hec duodecimus**
tertiusdecimus est de archano regeneratōis my-
sterio: ante quā saluus fiebat nemo. cuius regnā-
tiōis autor: ē dei filius hō: vnus volūtate dei. mysteri-
um q̄d nō docet: s; oculis in silētio: et in silentio a scis
venerat. **T**u Christiane cetera legito. et si noua regnā-
tiōe i deo p̄ dei filiū es reformatus (depulsis ignorātia
tristitia / cupiditate / iustitia / luxuria / deceptiōe / iuidia

**Mēs q̄-
dē o tati**

**In com-
munibus**

fraude/ira/temeritate/malicia : horribilibus duodeci
tenebrarū vlticibz:decē oppositis dei pietate affecutis
potestatibz tota mēte exulta:deo reformatori toto mē
tis vigore grās agere memento:totus eius amore fla-
gra:totus spūs scūs a spū regenitus pietatis hymnū
pcine:z regnatiōis imaculatus pietatē retine : totus ī
deū parētēz regnatiōis autorē eius filiū puerfus:hūc
ex hoc tertio decimo fructū consecutus vel saltē ad tā
pie cogitandum mentis tue benignitate excitatus.

Quonia
filius me
us tatius
q
oia atqz p̄tinue fieri. Nam quēadmodū ab alio
fluūt q̄ oibus oīpotēs rebus dñatur:ita quoqz ea cōtī
nue sustinet : ne sua natura sui prona casus ruāt in ni-
hilū:cuius sola cognitio felicē facit atqz beatū:qui de
us/oium factor/atqz pater est:z solus ipse genitor z ce
tera oia genita : interqz genitorē z genitū nullū inter-
cipi potest mediū. z hec duo vniuersa sunt . sūt enī duo
oia genitor atqz genitū. p̄terea hoc asserit: malū a deo
nō p̄dere (ut neqz a ferrario fabro ferri rubigo)sz crea
ta sequi opa . Et ex humana nos arte ad dinā artē cō
cipiēdā eleuat. z deū ipsū in celū īmortalitatē serere/in
terrā mutationē:in totū vero mūdū vitā atqz motum
Hec epilogus. Hec pauca p̄ modū argumētōz subie
cimus: q̄uis ingenue fateamur singulū quēqz librorū
maiorē declaratiōis operā desiderare:z lōge p̄stātius
(q̄ n̄re modicule vires suggerāt)ingeniū. Prodeat tñ
Mercurius nūc in lucē ad dei honorē z ad illustratio
nē legētū oibz sc̄lis/īsigni s̄monū pietate p̄spiciuus:

¶ Impressum in alma Parisiorū academia:anno Chri.
sti pij saluatoris/regeneratorisqz nostri. m. cccc. xciiij.
p̄idie kal. augusti: Impressore vuolffgāgo hopyl in pa
go diui Iacobi z apud insigne sancti Georgij.